Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quaedam dicere ut alii satu
rati alii ieiuni ñ redeant.
qm̄ longus ē. psalmus & si uo
luerimus in singulis uersiculis
in mora dies praeterit.
Debemus breuiter ad singula
quaeq; sensus magis quā uer
ba replicare.
Benedictus dns ds meus qui
doc& manus meas ad proeliū
quibreuit' interpraetatur hoc
consequitur ut ipse laudem
ñ habeat. & tamen quodcūq;
in int̄praetatione ē. rt̄ine
ant illi qui audierunt.
Benedictus dns ds meus qui do
c& manus meas in proelium.
& digitos meos ad bellum. leua
mus manus in scā sine cogita
tionib; & disceptationib; & leue
mus in omni loco. & cum leuaue
rimus manus nras orationis
ad dm̄. armas sunt contra diabo
lum. qui doc& manus meas ad p
eliū & digitos meos ad bellum.
haec est lex nra. haec est hart in hac
canamus dō;
÷ Misericordia mea & refugiū
÷ meum susceptor meus & libera
÷ tor meus. protector meus.
& in tantis nominibus appellatur
ds. quot beneficia tot nomina.

÷ Qui subdis populū meū sub me
hoc pot̄ ē. ex psona xpi dici
hoc ē. ex assumpto homine
Pot̄ ē. aut̄ ex psona apostolorū
dici. quia dicitur qui subdis
populū meū sub me. dicit hoc
& scs pater in monasterio
& gratias refert & dō & dicit.
Benedictus dns ds meus qui
subdis populū meū sub me
non enim mihi subicitur
sed tibi subicitur ideo mihi
seruit ut tibi seruiat.
÷ Dne quid ē homo quod inno
÷ tuisti ei aut filius hominis
÷ quia reputas eum. hoc ipsū
& in octabo psalmo dicitur
quid ē homo quia memor es
eius aut filius hominis
qm̄ uisitas eum.
Dne quid ē homo quia innotu
isti ei de fragilitate corporis
& humana condicione loqui
tur & quid dicit. si carnem
aspicias. quid ē homo
si spm̄ grande ē. homo non
despicimus carnem sed
carnis operam contemnamus
ñ dispiciamus carnē quae
cum xpo regnat in caelo caro
& sanguis regnū dī non possi
debunt.